ANTIQUITATUM BOREALIUM
OBSERVATIONES
MISCELLANEÆ.

SPECIMEN SECUNDUM,

QUOD

LOCO PROGRAMMATIS

AD

AUDIENDUM D. ET SEQQ. AUGUSTI

IN

SCHOLA LATINA HAFNIENSI

EXAMEN PUBLICUM

OMNES

REI SCHOLASTICÆ PATRONOS FAUTORES

ET AMICOS

QUA PAR EST OBSERVANTIA INVITATURUS

SCRIPSIT

SCULO THEODORI THORLACIUS.

SCHOLÆ METROPOLITANÆ RECTOR.

HAFNIÆ 1780.

TYPIS SANDERO-SCHRÖDERIANIS.

L. S.

Etsi datam abhinc biennium *Primo Obſervationum* noſtrarum *Specimine* fidem deſerere qvibusdam forte videbor, & ultra eos, qvi tum placuere, terminos evagari, dum pro ritibus majorum explicandis, qvod iſtud Specimen legentes ſibi promiſerint, hic latinam tantum duorum carminum verſionem & notas exhibeo; Veniam tamen iſte, puto, excurſus merebitur, dum meminerint me non concinnum Antiqvitatum Borealium ſyſtema unquam minatum, ſed miſcellas earundem obſervationes occœpiſſe. Huic igitur propoſito, quod mihi necdum excidit, iſta poëſeos antiquæ λείψανα & univerſim non diſcrepare, & iis non ingrata fore cenſeo, qui, cum hiſtoricæ veterum poëſeos uſum in priori Specimine commendari viderint, luculentum fortaſſis exemplum deſideraverint, quo & dictis fieri fides poſſit, & ipſis oculo judice liceat id genus æſtimare carmina, quibus ab antiqvioris hiſtoriæ borealis amatoribus & nunc & olim tantum ſtatuitur pretium. Haud equidem diffiteor magis magisque jam clareſcere cum hiſtoria poëſin veterum, cum, qva generoſa *Regnatricis Domus* liberalitate, qua publica privataqve magnorum virorum

cura & impensis, lucem nunc aspiciunt tot antiqvitatum borealium monumenta; Verum in tanta historiarum & versuum farragine, veterum quidem poëtarum multa fragmenta, laceras lacinias, &, ut ait ille, disjecti membra poëtæ, justi vero & integri carminis historici exempla paucissima reperies. Hæc cogitanti mihi in manus commodum incidit qualiscumque carminum veterum collectio, in qua, præter alia, hæc duo ejusdem auctoris de eodem rege poëmata, ipsius b. *Arnæ Magnæi* manu exscripta se obtulerunt. Ea igitur latine reddenda suscepi, quoniam præ cæteris visa sunt & legentium oculos mereri, & instituto apta meo. Debentur enim auctori & ingenio poëtico & fide historica inter coævos vel superiores nemini facile secundo; Et laudes deprædicant istius regis, quo suo tempore potentiorem & per totam Europam celebriorem arctos nostra, certe Norvegia regibus indigenis subdita neminem unquam habuit. Porro hæc duo poëmata dicti regis vitam, vel saltem insigniores eventus & gesta adeo persequuntur, ut ejusdem historiæ qualiscunque compendii instar haberi queant. Integra hæc esse carmina utut pertinacius contendere nolim, parum tamen vel nihil iisdem deesse ut credam certis rationibus inducor. Primum quidem vatibus antiquis, qui gesta principum celebranda sumserunt, qvantum ex eorundem versibus per historias adhuc superstites sparsis colligere licet, non fuisse

fuiffe moris videtur fuis carminibus inferere ab argumento, quod tractant, aliena; Adeo ut ejusmodi poëmata, fi unam alteramve ab initio ftropham, qua aures & animum principis, cui carmen recitabatur, fibi conciliare interdum volebant, exceperis, mere hiftorica dici poffint. Jam prius horum carminum (*Hákonar-Qvida*) ab ipfa ftatim regis nativitate incipit, resque canit eo, quo geftæ funt ordine, ad id usque tempus, quo auctor illud compofuiffe videtur, ut nullum certi defectus veftigium appareat. Accedit & illud, quod Hiftoria regis *Haconis*, ab eodem auctore, a quo dictum carmen, fit profecta, qui nullas fane rationes habuiffe videtur, cur quasdam poëmatis fui partes narrationi intexuerit, alias omiferit & ipfas hiftoricas; Non enim potuit non omnes æque meminiffe, omnesque æque cupere ab interitu vindicatas. Pofterius carmen (*Rafnsmál*) ultimam regis expeditionem bellicam preffe fatis defcribit, ut metricæ narrationi nihil defit aut addi poffe videatur, præter mox infecutam regis mortem, quam ceu nimis triftem filio, in cujus gratiam tum cecinit, encomiaftico cætera carmini annectere folerti poëtæ non vifum. Reftat nunc, ut de horum carminum 1) auctore & ætate. 2) argumento hiftorico, nomine & metro. 3) de Codicibus, qvibus textus & infra notatæ lectiones variæ debentur, & 4) de latina carminum verfione, quantum inftitui ratio & facilior harum Oda-

rum intellectus exigere videntur, pauca præmoneamus.

Sturlæ Theodori, seu rectius *Thordi* filio totius Islandiæ insulæ in formam provinciæ Norvegicæ nuper tum redactæ, aliquot annis Nomophylaci, & inclyti septentrionis historici *Snorronis Sturlæi* ex fratre nepoti utrumque hoc poëma eo securius adscribenbendum; quo magis certum singulas eorundem strophas in regis *Haconis* vulgo *Gamli* Historia huic *Sturlæ* passim & diserte attribui. Et si carminis (*Rafnsmál*) strophis in Historia nomen patris *Sturlæ* non adjicitur, dubitari tamen vix potest illud adjecturum fuisse, qui ipsam historiam *Haconis* jubente filio *Magno* rege conscripsit, *Sturlam*, si alius poëtæ carmen fuisset; ne aliena sibi improbe vindicaturus videretur. Floruit hic *Sturla* seculo post N. Chr. XIII, inter celeberrimos sui temporis jurisperitos, historicos & poëtas, ut & præcipua *Gentis Sturlungicæ* decora merito numerandus. Hujus de vita & scriptis cum *Sturlungorum Historia* passim, tum Summe Venerab. *D. Finni Johannæi Historia Eccles. Isl.* Tom. I. Per. 2. Sect. 1. cap. 2. §. 20. nec non Celebb. Mag. *Halfdani Einari Hist. Literaria Isl.* S. II. §. 1. S. III. §. 4. Sect. V. §. 1. legi possunt, quæ huc transscribere nihil attinet. Tempus autem, qvo hæc carmina pepigerit, determinare non adeo promtum est. Prius vero, quod

quod vivo *Hacone* rege factum videtur, anno Chr. 1249 antiqvius esse non potest, utpote quod narrat Regis *Haconis* hoc anno susceptum iter ad *Gothalbin*, qui Norvegiam a Sveciæ regno disterminat. Hoc in itinere pactæ sunt nuptiæ inter filium regis *Haconem Juniorem*, & *Birgeri* Sveciæ Comitis filiam *Richitsam*. Ipsas vero nuptias, quæ anno 1251 celebratæ sunt, alio carmine celebravit idem *Sturla*, ex qvo hæc stropha: *Auſtan ſendi gulli glæſta* &c. Adeo ut infra hunc annum ætas *Haconar-Qvidæ* detrudenda non videatur. Oda vero *Rafnsmál*, quæ *Haconis* regis expeditionem in insulas Scoticas exponit, vivo *Hacone* concinnata non videtur; Quæ enim hic narrantur, omnia anni 1263 æstate & autumno gesta sunt. At eodem hoc autumno decessit *Hacon* rex, adeo ut rerum tam explicita narratio ad aures poëtæ in Norvegiam tum nuper delati pervenire non potuerint. Hoc igitur poëma non in *Haconis*, sed filii ipsius *Magni Legum Emendatoris* dicti gratiam compositum videtur, idqve eo tempore, quo *Haconis* regis Historiam jussu filii conscripsit, quod opus aggressum esse poëtam anno 1264 *Sturlungorum Historia* Libro X. cap. 22. innuit.

De argumento horum carminum universe moneri potest, in honorem Regis Norvegiæ *Haconis Senioris* (*Gamli*), ut a cognomine filio regiminis vivo adhuc patre participe dignosceretur, ab historicis dicti

 utrum-

utrumque hoc carmen esse compositum, adeoque dicti regis laudes & gesta recensere. *Hacon Senior* fuit filius posthumus & nothus *Haconis* regis Norvegiæ, hujus vero pater erat Rex *Sverrir*, qui *Magnus* quibusdam dicitur. Natus est *Hacon*, juxta receptam Codicum chronologiam, æstate anni 1204, quo tempore Norvegis, quatenus *Birkibeinorum* potentia pertinuit, imperare cœpit *Ingius*, ante dicti *Sverreris* ex filia nepos. Australiores vero terræ partes tum obtinuit *Baglorum* factio, *Nicolai Osloensis* Episcopi consiliis & auctoritate suffulta. Ab his, quorum in ditione versabatur, utpote familiæ *Sverrerianæ* juratis hostibus, vitæ pueri metuens mater ipsius nomine *Inga*, cum filio anniculo Nidarosiam ad *Ingii* regis aulam confugit. Quo cum iniquo anni tempore per montes & tesqua esset eundem, non solum ab inedia & frigore vitæ periculum adiit puer, verum etiam, cum fama crebesceret *Haconis* regis filium non modo natum, sed & ad *Ingium* regem clam perferri, octo cohortes *Baglorum* ad perquirendum puerum emissæ sunt. Hæc tamen discrimina feliciter eluctata *Inga* ad *Ingium* regem cum filio incolumis tandem pervenit. Hanc fugam pueri 3bus primis *Haconar-Qvidæ* strophis memorat poëta, vid. pag. 2 & 4.

Ab *Ingio* rege, qui ipsius erat consobrinus, benigne cum matre exceptus *Hacon* in aula Comitis *Haconis (Galinn)*, qui frater erat regis *Ingii*, ad 10mum ætatis annum educatus est. *Hacone* vero Comite mortuo,

in

in Regis *Ingii* aula per triennium adolevit usque ad annum 1217, quo deceſſit rex *Ingius*. Hoc igitur anno *Hacon* rex Norvegiæ eligitur, fruſtra renitente Comite *Sculone* defuncti regis fratre; qui regnum Norvegiæ; quoad deinceps vixit, clam & palam affectabat. Hæc regni *Haconis* initia inſolitam cœli ſolique clementiam condecoraſſe memorat poëta, hoc enim feliciſſimum cœpti regiminis auſpicium majores noſtri credidere. De his agunt 4ta 5ta & 6ta carminis ſtropha. vid. pag. 4 & 6.

Poſtquam inter *Birkibeinos* & *Baglos* pax tandem certis legibus coaluit, enata primum *Slittungorum*, mox *Ribbungorum* factio regnum *Haconis* cædibus & latrociniis infeſtarunt. *Ribbungos* rex anno 1221, primo navali in ſinu *Vikenſi* certamine, mox junctis cum Comite *Sculone* copiis, *Oſloam* profugos terreſtri conflictu fudit & attrivit. Hujus meminit ſtr. 7ma p. 6. *Laugdut til* &c.

Hi *Ribbungi* aliquot annis infeſtis incurſibus Norvegiam vexarunt; quoties vero ad incitas redacti ſunt, in Vermelandiam Sveciæ ſe receperunt, ubi non modo tutum habuere refugium, ſed & viribus & omni ope aucti ſunt. De hac *Vermorum* injuria rex *Hacon* primo apud incolas Vermelandiæ, deinde apud regem Sveciæ fruſtra queſtus eſt. Hinc anno 1225 Vermelandiam cum infeſto agmine ingreſſus agros domosque exurit, donec ſupplices *Vermi* regem placare

coge-

cogerentur. Hanc expeditionem canit poëta duabus ftr. fcil. 8va & 9na, quarum prior inc. *Vara Landrád.* pag. 6. 8.

Per has *Ribbungorum* turbas interqvieverant quidem conceptæ femel regem inter & *Sculonem* fimultates, prorfus tamen, nec inita affinitate, cum Comitis filiam rex uxorem duxiffet, nec aucto *Sculonis* honore, cum ex *Comite Dux* fieret, confopiri poterant. In apertum bellum tandem erupere anno 1239, quo *Sculo* infcio & invito *Hacone* regium nomen fibi folenniter imponi curavit in *Eyris* prope *Nidarofiam*, ubi creandis Norvegiæ regibus comitia haberi olim folebant. Hæc memorant ftr. 10ma & 11ma pag. 8. quarum prior. inc. *Þat er fkravklauft.*

Hujus rei *Hacon Bergis* tunc agens factus certior, contractis navalibus copiis Nidarofiam contendit. *Sculo* autem per fuperiora terræ ad meridiana progreffus cum regiis in loco, qui *Láka* dicitur, anno 1240 conflixit, eosque concidit & profligavit. De his agunt ftr. 12ma & 13tia, qu. pr. inc. *Stód vfriþr.* vid. p. 10.

Hæc ubi rex Nidarofiæ refcivit, inftructis propere navibus *Ofloam* eodem anno contendit, *Sculonemqve* Ofloæ aggreffus acerrimo certamine in fugam egit, plurimosque adverfæ partis vel occidit, vel victos & fupplices fuis partibus adjunxit. Navigationem regis Nidarofia Ofloam, ipfum prælium Ofloenfe, & victoriam *Haconis* infequentibus 12cim ftrophis celebrat poëta,

fcil.

fcil. a ftr. quæ inc. *Lagdi rauſk.* pag. 10. ad ftr. carminis 26tam quæ inc. *Enn namnfrægt.* pag. 18.

Sculo deinde Ofloa profugus Nidarofiam rediit, quo paulo poſt infecuti regii ipſum urbe pepulere, inque ſylva per aliquot dies commorantem, moxque in coenobio, quod *Helgaſetr* dicebatur, haud procul a Nidaroſia ſito latitantem, primum incendio urgebant, & ædibus tandem igne cogente egreſſum ferro perimebant. Accidit hoc eodem anno 1240. Hunc exitum *Sculonis*, viri ſuo tempore celeberrimi & ipſius regis ſoceri refert auctor ſtr. 26ta & 27ma, qv. pr. inc. *Enn namnfrægt.* pag. 18 & 20.

Anno 1247 Rex *Hacon* a *Vilhelmo* Cardinale, ad hoc ipſum in Norvegiam a Romano Pontifice miſſo, magna pompa & cæremoniis coronatus eſt; illum actum ſumtuoſiſſimo convivio percelebrem rex reddidit, cui civium & hoſpitum cum maxima & inſignis intereſſet frequentia, nemo tamen inde nobiliorum eximio quodam dono regio non beatus diſceſſit. Hanc actus & convivii magnificentiam *Sturla* 10em integris, quæ ſequuntur, ſtrophis, (ſcil. a ſtr. qu. inc. *Su kom gipta.* vid. p. 20. ad ſtr. *Miök var frækt* pag. 26,) vivis & optimo poëtæ non inficiandis coloribus depingit.

Miſit anno 1248 legatos ad *Haconem* rex Sveciæ *Ericus*, qui de injuria ſubditis illata quererentur, quibus rex regeſſit, ſe *Vermorum* latrociniis & perfidia provocatum ipſorum agros & domicilia vaſtaſſe; cæterum

ſe

ſe æſtate proxima *Liodhuſas* venturum, quæ civitas ad *Gothalbin* in utriusque regni confinio ſita eſt, ibique cum Sveco rege, modo ſe præſentem ſiſtere vellet, vel pacem inter regna firmaturum, vel, ſi ſic placeret, dimicaturum. Æſtate igitur anni 1249. *Hacon* cum inſtructa claſſe *Gothalbin* ingreſſus *Liodhuſas* pervenit, ibique non regem, ſed Comitem Sveciæ *Birgerum* convenit, cum quo non tantum lites & querelas regnorum compoſuit, ſed & de nuptiis filii *Haconis*, cui Comitis filiam pactus eſt, transegit. Hanc expeditionem 5que ultimis carminis *Haconar-Qvidæ* ſtrophis poëta deſcribit. ſcil. a ſtr. cujus initium: *Miök var frægt*. p. 26. ad finem poematis pag. 30. Et hæc de argumento hujus carminis, cujus ſinguli verſus nunc duobus trochæis, nunc ſeſquitrochæo conſtare videntur, monuiſſe ſufficiat.

Occupatur Oda *Rafnsmál*, ut dictum ſuperius, circa *Haconis* regis in Scotiam & inſulas Scoticas expeditionem, quæ hujus regis ultima fuit, annoque 1263 & ſuſcepta, & interveniente regis obitu finita eſt. Nempe inſulæ Scoticæ, tam *Orcades* quam *Hebrides*, inde ab *Haraldi Pulchricomi* tempore Norvegis paruere; Ita tamen ut, ubi inteſtinis discordiis diſtinerentur reges Norvegici, remotiores iſtas regni provincias qui moderabantur principes & præfecti, jam imperium detrectarent, jam ad Scotiæ regem, utpote propiorem, ſubinde deſciſcerent. Extremis regis

regis *Haconis* temporibus de infesta Scotorum invasione questi sunt *Hebridum* incolæ. Has itaque subditorum injurias ulturus rex universæ Norvegiæ, qua a Finnomarchia ad Sveciæ terminos protenditur viros navesque imperat, Bergasque convenire jubet. Hunc classis apparatum canit poëta 2bus primis carminis strophis.

Collecta jam & instructa classe *Hacon*, postqvam Norvegiæ regno 46 annos præfuisset, ipseque adeo prope sexagenarius, e Norvegia solvens, primo *Hetlandiam* adnavigat; Inde ad *Australem Rognvaldseyam,* (vulgo *South Ronalsam,*) quæ una est Orcadum, pervenit. Hic tributa *Cathanesiæ* incolis irrogat, quæ provincia Scotiæ maxime borealis & *Orcadibus* proxima, harum insularum Comitibus ex Norvegia oriundis dudum subjecta fuerat. Horum meminere 4tuor strophæ sequentes, pag. 34. 36. quarum prima inc. *Glumdi á giálfrtomdom.* Hinc rex per fretum *Pentlandicum*, quod Scotiam a borea præcingit, eamque ab Orcadibus sejungit, ad Hebrides perrexit, ibique *Ilam*, præfecto insulæ nomine *Engo* dedente, suæ ditionis fecit. De his agit str. 7ma. *Hellteinn hradmœllti.* &c. Mox *Cantieram* Scotiæ peninsulam cum classe circumiens populatur. vid. str. 8am & 9am. Paulopost *Bota* quoque insula subjicitur. v. str. 10mam. Hac subacta Norvegi, facta in continentem exscensione, *Covaliam* aliaqve loca maritima cædibus & incendiis infestant. v. str. 11mam. Regem ipsum apud insulam, quæ auctori historiæ

Herey,

Herey, vix alia esse potest, quam quæ Buchanano *Arana*, in chartis vero *Arren* dicitur, cum classe morantem adiere legati regis Scotiæ pacis conditiones afferentes. *Hacon* autem regi Scoto per literas significat se a pace non alienum esse; invitatque Scotum, ut sibi, cum quantis ipse velit copiis occurrat; ut, ubi convenissent, controversias vel pacate componerent, vel justo prælio dirimerent. v. str. 12mam.

Verum cum non fida satis responsa dare Scotus videretur, sed tergiversando ludificari, usquedum hyems instans Norvegos intercluderet, *Hacòn* non diutius morandum ratus misit 40 naves in sinum *Skipafiörd*, qui in chartis *Lock Long* nominatur. Inde egressi Norvegi circumquaque populantes igne & ferro grassantur, eductisque per terram scaphis lacum *Lubrum* ingrediuntur, insulasque per lacum sparsas, quæ justam Comitis ditionem effecere, penitur deprædati sunt. v. str. 13am.

Pars copiarum duce *Alino* transversam Scotiam, quæ hic ab oppositis finibus in arctum cogitur, infesto agmine pervagatur v. str. 14tam.

Nocte, quæ Festum Michaëlis sequebatur, cum reliqua classis regia ante littora Scotiæ *Kumbris* insulis obversa staret in anchoris, sæva oborta est tempestas; quod magicis incolarum artibus Norvegorum quidam factum putabant. Adeo hæc tempestas classem afflixit, ut quædam naves cum milite & universo onere

in

in terram extruderentur, ipſa vero, quæ regem vehebat, prætoriana in ſummo periculo verſaretur, vixque octo ſimul anchoris in ſtatione retineri poſſet. v. ſtr. 15tam & 16tam.

Interim ejectos in terram Norvegos occaſioni & periculo hoſtium imminentes Scoti undique confertim adoriuntur. Hos maſcule excipientes Norvegi collem quendam occupant, indeque irruentium hoſtium impetum aliquamdiu ſuſtinuerunt, multosque hoſtium ſtraverunt, & inter illos equitem Scotum, nomine *Petrum*, qui cæteris, ut fortitudine ita genere & opibus præſtabat. Laborantibus ſuis, & hoſtium numero tantum non obrutis rex *Hacon*, ut primum id fieri potuit, univerſæ enim claſſi exitium & naufragium nondum intermittens tempeſtas minabatur, ſcaphas aliquot plenas milite ſubſidio miſit; Quo auxilio levati Norvegi hoſtem impigre adoriuntur, & licet decuplo numeroſiorum, non ſine multa cæde in fugam compulere. Hunc conflictum 4tuor ultimis carminis ſtrophis deſcribit poëta.

Cur hoc poëma *Rafnsmál* ɔ: corvi cantum auctor dixerit, hanc eſſe rationem puto: Antiquiſſimis temporibus in ſeptentrione invaluit opinio, aves & ſpeciatim corvos non loquela tantum, & occultarum rerum præſagio gaudere, ſed & per metricos modos hominibus ſua cogitata pandere, ſicubi ſuæ linguæ gnaros nacti fuerint auditores. Hujus rei documentum *Edda*

Sæmundi

Sæmundi ſuppeditat, ubi aviculæ ex arbore canentes *Sigurdum Fafneritidam* de fraude *Regini* præmonuerunt. Hinc factum, ut poëtæ veteres carmina ſua avium titulo ſubinde inſignirent, cujus rei exemplum præbet *Krákumál* (ɔ: cornicis cantus), dictum carmen, quod fortiſſimus olim Rex Daniæ *Ragnarus Lodbrók* inter morſus aſpidum ceciniſſe refertur; etſi ſciam aliam a quibusdam hujus nominis cauſam afferri. Nec diſſimili modo latini pulchrum quoddam melos a vate præſertim morti vicino fuſum cantum cycneum appellant, cui nomini perinde anſam dedit fabuloſa priſcorum temporum opinio. Cæterum in hiſtoria, quæ *Eyrbyggia* dicitur, occurrunt fragmenta carminis in honorem *Snorronis Pontificis*, viri ſuo tempore ſolertiſſimi, compoſiti, quod & eodem nomine ac metro gaudet, ac noſtrum. Hoc igitur proxime imitatus credi poteſt *Sturla*. Metrum Odæ *Rafnsmál* cum græcorum & latinorum Adonico prorſus idem eſſe videtur, unico ſcilicet dactylo & ſpondeo conſtans. De ſyllabarum quantitate non adeo ſoliciti, ſed nec omnino ſecuri fuere majores. Verum tot alios obſervavere ſuæ poëtices canones, ut vel unicam hujus odæ ſtropham latine in numeros adonios, incolumi & auctoris argumento, & cæteris, quibus ſe adſtrinxit, regulis, cogere fruſtra tentaverim.

Codices & manufcripta, quibus textum carminum & infra notatam lectionum varietatem debemus, hæc funt:

1) *Codex* membran. Vitæ *Haconis*, in Præf. ad *Snorronis Heimskringlam* Ed. Hafn. Tom. I. p. XXV. dictus *Frifianus*, egregius fane cæterisque omnibus præferendus.

2) Codex membr. Biblioth. Magnæanæ N. 47.

3) Codex membr. Biblioth. Magn. N. 81. a. Manufcripta chartacea quibus ufus fum, funt fequentia:

4) *Codicis Flateyenfis* exfcriptum, manu *Asgeri*, qui *Torfæi* fuit amanuenfis.

5) Codex Biblioth. Magn. N. 42. Cujus cura fidesque in lectione carminum non videtur magnopere laudanda. — Hi omnes Bibliothecæ Magnæanæ Codices, præter alias hiftorias, *Haconis Senioris* Vitam continent, fed non integram, præter *Frifianum* & *Flateyenfem*, quos adeoque folos in defcribendo pofteriori carmine fecutus fum. Præter hos habui quoque

6) Schedulas, quibus utrumque poëma ipfius b. *Arnæ Magnæi* manu, ut dictum fuperius, infcriptum. Harum autem lectio *Codici Flateyenfi* ubique fere confentit. Hæ mihi primam occafionem dedere vertendi carmina, hasque,

 ut

ut & *Frisianum*, ubi correctior videbatur, lectio textus sequitur. Illa, in quibus cæteri discordadabant, ubi alicujus momenti visa sunt, infra notavi; ubi omnino futiles, omisi.

Erunt denique, quibus ista legentibus latina versio forte paulo liberior videbitur: Verum & ipsa versio & interpretis consilium, propius utrumque considerantibus se excusabunt. Haud equidem ego velim aliis historica & poëtica veterum monumenta exponentibus vertendi præscribere regulas, quibus a me datis illi, utpote in hac arena longe, quam ego, exercitatiores, non indigent. Laudem potius, & me judice, meretur diligens illa fides, quæ verbum verbo reddere satagit. Quominus tamen istam in horum carminum versione viam ingressus fuerim, sequentia dissvasere: Tanta latini & antiqui borealis, ejus præsertim, quo usi sunt poëtæ, idiomatis est discrepantia, tam diversus poëtices apparatus & genius, ut egregii licet poëtæ sola si verba dederis latinis auribus, surdescant illæ & istas inficetias non immerito abominentur. Quis enim non videt ea loca, quæ apud auctorem maxime nitent, immane quantum squalescere, si absque ulla linguæ, in quam transfunduntur, reverentia, peregrinam illi loquendi indolem obtrudere volueris. Ad aniles sequiorum temporum nænias amandabitur poëma, cujus artem & ingenium, quoniam nec ab auctore

nec

nec interprete difcere poteft, afpernatur lector, iftis inter exoticarum Mufarum epulas alliis non affvetus. Verum illa libertas pro diverfo, qvem fibi quisque propofuit fine, nunc laxiores, nunc arctiores admittit terminos. Mihi quidem non fuit animus linguam veteri boreæ vernaculam alios docere, fed id operam dare, ut fiqui ifta legerint, materiem & ingenium prifci carminis hiftorici æftimare poffent & dijudicare; quod qui cupit efficere, is fane auctorem nec fervo gradu pone fequatur, nec exfultante lafcivia præcurrat, fed a latere, quantum licet, fideliter comitetur, oportet. Verfus plerumque verfui refpondet, nifi ubi tanta verborum apud auctorem transpofitio, quanta latine vix intelligi poteft, hanc legem migrare cogit. Accommodat fe auctori verfio, five ftilo fimplice narrat eventus, ut ab initio *Hakonar-Qvidæ*, five in præliis, conviviis aut claffis apparatu defcribendis incalefcit. Qvæ auctori vel adjecerim vel detraxerim, pauciora reperientur, quam primo afpectu credideris. *Eddicas* & poeticas loquendi rationes, ubi obfcuriores harum rerum ignaris fore credidi, addita voce, quam fignificant, ftatim explicatas dedi. Verfio nec foluta numeris, nec iisdem adftricta. Langvet enim poëta pedeftris, fi numeros prorfus demferis, nec gratus æque nec vegetus. Stabili tamen metro hæc carmina reddere nec neceffarium vifum, nec absque infigni poëtæ, quem reddideris,

damno

damno facile. Numeri, quibus uſus ſum, plerique ſatis noti, omnes latini. Me ubique ſenſum auctoris aſſecutum eſſe non dixerim; Hæc enim inter vatum veterum aſpreta & mæandros lapſandi periculum vix peritiſſimus evitabit, nedum ego, qui hunc pulverem nec diu, nec ſatis trivi. Sicubi vero erraverim, nonnullas & ſubinde plauſibiles errandi illecebras habuiſſe æquo & perito cenſori forte reperiar. Nec piguit, quoties intercidit obſcuritas tanta, ut ipſe mihi diffiderem, alios in hac palæſtra magis verſatos conſulere. Hæc interim qualiacunque Muſas arctoas quisquis non odit lector æqui bonique rogo conſulat.

Hafniæ, Cal. Quinctil. MDCCLXXX.

IK

HAKONAR QVIDA

STURLU ÞORDARSONAR

STURLÆ THORDI FILII

DE

HACONE NORVEGIÆ REGE

POËMA.

Dithyrambica metri licentia latine redditum.

Þá hefir í ætt
a) Audlingr drepit
b) *Tryggva* niþs
Tyrar *c*) höfdi.
Er framráds
Flyia þurfti
Ynglingsbarn
Fyrir vfriþi.
Enn lofdvngs
Leita foro
Á *d*) *Upplönd*
Átta ſveitir
Bagla lidz
e) Bvnir rómv
Ef *f*) folkvörd
Finna mætti.

Haf-

a) Audligr. 42. *b*) er *add. Cod. Friſ.* *c*) Höfla *Cod. Flat.* *d*) Upplönd. *Cod. Flat.* 42. 47. Uppland. *Cod. Friſ.*

T um propagini
Generosus inseruit
Princeps Tryggviadæ
Prælustre caput,
Qvando consiliosi
Vitare coactus
Regis filius
Hostilitates.
Atqvi principem
Iere vestigatum
In Uplandias
Octo cohortes,
Manus Baglica
Parata pugnæ,
Tutorem populi obvium
Modo fors tulisset.

 Chri-

e) Búnar *Cod. Fris.* búnir *omn.* alii. *f*) Þeir fylki *Cod. Fris.* Fölkvörd. 42. 47. 81. *Cod. Flat.*

g) Hafdi kriſtr
Of konungs efni
h) Hulidz hiálm
Heilli godo.
þá er allvalldz
Or vfriþi
Frægdar *i*) ſvn
Fagnandi kom.

Bar tállauſt
k) Tvinnan blóma
Alldinvidr
Eino ſvmri.
Oc vkallt
Vtifvglar
Avndvert ár
Vrpo tyſvar.

Þá er allvalldr
Vid *l*) jöfrs nafni
Tyrar giarn of
Tekit hafdi.
Oc hans gipt
Hæſtrar tyrar
m) Vegi valit
Vaxa knádi.

Sa

g) Enn *add.* 42. *h*) Hulins hiàlm. 81. a. huliz 42. *Cod. Flat.* *i*) Son 47. 81. ſom 42. *k*) Tvennan. 42.

Christus imperii
Bene candidatum
Protexit umbella
Faustis ominibus,
Regnatoris ut inclyta
Progenies sibi
Hostes imminentes
Lætans evaderet.

Una fideliter
Germine de novo
Tulit redintegratos
Foetus arboreos æstas,
Et foecunda tepenti
Veris tempore
Ova volucris
Bis posuit fera.

Rerum potitus
Culmine regio
Auctus nomine cum foret
Appetens honorum,
Et fortuna benignior
Gloriæ decoribus
Destinata summis
Incrementa cepisset.

 Sic

81. a. *l*) Konungs 47. 81. a. *Cod. Flat.* *m*) Veg valid. *Cod. Fris.* vegi 81. *Cod. Flat.*

Sá hverr madr at
Haufudſkepnor
Fylkis tign
n) Fagna villdo
o) Göfuglátz
p) Gialfri kringdo
Á *q*) vindkers
Vidom bótni.

r) Laugdut til
Litlu ſídar
Audlings menn
Oſlo bæiar *s*).
Oc þar *t*) ſtauck
Fyrir ſtál *u*) hvautud
Á glapſtig
Grytlinga *x*) lid.

y) Vara landrád
Litlo golldit
Vid allvalld
Auſtan *z*) markar.
Þá er lofdvngr
Leyſtan hafdi
Elris garm
Ecki mettan.

Svalg

n) Falla *Cod. Friſ.* fagna. *rell.* *o*) Oc gófugla. *Cod. Friſ.* göfuglatz. 42. 47.81.a. *Cod Flat.* oc *omitt.* 42. *p*) Giall fyrir 42. gial fyrir. *Cod. Flat.* *q*) Vinkers 47. *Cod. Flat.* Vinkis. 81.

Sic palam fuit omnibus,
Qvod rerum natura parens
Majestatis insignia
Grataretur ultro
Magnificenti
Æquore cinctum
Ventorum cameræ ɔ: coeli fornicis
Latum per pavimentum. ɔ: terram

Egere naves
Paululum deinceps
Regis copiæ
Osloam *petentes*,
Ibiqve profligatus,
A rege bellicoso
Fugit in diversa
Factiosus hostis.

Vindici suorum
Regni proditor anxius
Poenæ sic satis erogavit
Sylvarum eous accola;
Ubi rex solutum
Sontibus immisit
Arborum caninum
Esuritorem. ɔ: ignem.

r) Laugdu út. *Cod. Flat.* s) til *add. Cod. Flat.* t) Stucku. 42. u) hautud 42. hautud hilldar *Cod. Flat.* x) Sveit *Cod. Flat.* y) Varat. 81. z) Marka. 42.

Svalg hvert hus
Heitom munni
Vidar *a*) hundr
Verma bygdar.
Oc *b*) ſvipgárr
Selio racki
Vm *c*) garþz hlid
Greniandi fór.

Þat er ſkravklauſt
At *Skvli* var
Frægdar madr
I fravmo liſi.
Þó at hvar brigd
Á hann ſneri
Alldar gipt
Avdno hveli.

d) Þá er ofravſn
e) Avſgo heilli
Randa riódr
Reiſa knátti.
Oc *f*) vlágt
Jöfra bagi
Avdlings nafn
Á *Eyrom* tók.

Stód

a) Lundr *Cod. Friſ.* hundr *rell. omn.* *b*) Svip-karr 47. *c*) Gard. 47. *d*) Enn þá ofrauſn, 81. a.

Glutiit ædes
Fauce calenti
Fera lignivora ɔ: ignis.
Vermelandiæ,
Torveque tuens
Esculi lycisca ɔ: ignis.
Villicas per portas
Ganniens intravit.

Garrit quisquis inficiatur
Skuliani *nominis*
Celebritatem
Factis promeritam,
Utut usqve volubili
Triverit ipsum
Fortuna temporum
Versipellis orbe.

Qvando plus satis arduos,
Numine non suo,
Vir præliator
Suspiravit honores;
Nimisqve celsum incommodus
Æmulus imperii
Regnantis titulum
Eyris *arripuit.*

 Movit

e) Audfgu. 47. f) Vlágt 47. 81. Vlágr. *Cod. Fris.* ofhátt *Cod. Flat.*

Stód *g*) vfriþr
Af *h*) afarmenni
Innan landz
Öllo fólki.
Þá er ynglingr
Avſtr á *Láko*
Sverda *i*) ſeiþ *k*) vm
Samit hafdi.

Ok *l*) vígálfr
Vaxanda let
Vlfa ár oc
Ara ferþar.
m) Valþan vetr
Til vapn *n*) þrimo
o) Of *p*) vígſkatt
Viſa ríki.

q) Lagdi rauſk
Enn riſo laukar
Hilmis *r*) hird
Hendr *s*) at reiþom.
Enn hvnſkriptr
Hreggi bláſnar
t) Fylkis til
Frama greiddo.

Ok

g) Vfrídr ſtód 42. *h*) Ainarmenni 47. *i*) Leid. 42. *k*) Of. 42. 47. *l*) Vígalfr 81. a. 42. *Cod. Flat.* Víggialfr *Cod. Friſ.* Ingi álfr. 47. *m*) Valdi hann *Cod. Flat.* *n*) Þru-

Movit tumultus
Bellicos præpotens
Summas patriæ
Omnibus incolis;
Qvando sangvine regum
Cretus in Laka
Arma strepentia
Conseruisset.

Cumqve homicida
Levavit annonam
Lupis & aqvilæ
Comitatui;
Visa seminandis hyems
Teli commoda jurgiis
Per cruentatum
Regis imperium.

Rapit actuosus,
Surgente malo,
Satelles aulæ
Manibus rudentes;
Velorumqve diplomata
Trita procellis
Regi abitum paranti
Dexter explicabat.

Plu-

mo 42. o) um 81. a. p) Vigskart 42. vígskar *Cod. Flat.* q) Hafdi *Cod. Flat.* r) Hird 81 serþ *Cod. Fris.* s) á *Cod Flat.* t) Fylkis ferd til 47. 81. *Cod. Flat.*

Ok vſárr
Avſtr med landi
Snekkio brandr
Svifa knatti
Gvlli *u*) glæſtr
Vnd göfugmenni.
Varat audligr
Allvalldz floti.

Skrido *x*) hafraukn
Vnd höfvdzmanni
Inn i botn
Óſlo fiardar.
y) Þar er *z*) vegſtór
Fyrir vígliþi
Skvla avlld *) of
**) Skipat hafdi.

Geck allvalldr
Vnd *a*) ygis hialmi
Meginmilldr
Merkiom fyrri.
Enn gvllſett
Gnæfa knáttv
Viſa ve of
Vala *b*) fólki.

Enn

u) Glæſt. 47. 81. a. *x*) Haffræk *Cod. Flat.* haf frækn. 42. 47. *y*) Þá *Cod. Flat.* *z*) Vigſtorr. *Cod. Flat.*

Plurimaqve in auſtrum
Propter littora
Navit æquora pinus,
Et inſignis auro
Vecti principis
Decus & potentiam
Oculis tuentium
Inſinuavit.

